





V

10th

alte Nr. 209.

Fürstenf. n. 3 andere Schriften

P. VIII. 109.





IN NOMINE SACROSANCTÆ ATQUE  
Individuæ Trinitatis.

PROBLEMATUM  
THEOLOGICORUM EX  
V. CATECHESIS LUTHE-  
ranæ parte, quæ est

DE SACRAMENTO  
COENAE,  
DECADIS PRIMÆ  
Problemata I. II, III

*In Disputationem proposita, in Electora-  
li ad Albim Academia,*

AUTORE AC PRÆSIDE  
JOHANNES FÖRSTERO

SS. Th. D. & Prof. Ordinario,

RESPONDENTE  
M. DANIELE HERMANNO  
wratislaviensi,

*Ad diem 23. Novembris horis locog, consuetis*

VVITTEBERGÆ,  
Typis Johannis Gormanni. Anno 1611.





FRÖBELIANUM  
THEOLOGICUM EX  
V. CAROLUS

DR. JOHANNES  
C. F. N. A. E.

JOHANNES FORSTERO

M. D. N. I. S. H. A. N. N. O.

Typis Johannis Gumbelii, Anno 1811








## PROBLEMA I.

*An Controversia de Cœna DOMINI attingat articulum fidei*

### Propositio I.



Latere CHRISTI Sacramenta Ecclesia manâ-μετάθεσις:  
runt ait (a) Augustinus, referens, aquam ad Ba-  
ptismum (b) lavacrum illud in Verbo : Sangui-  
nem verò ad Cœnam DOMINI, & langui-  
nem illum, quem, ut loquamur cum Chryso-  
stomo, è poculo DOMINI bibimus.

(a) Tractat. 120. in Iohannem,

(b) Eph. 6. 5, 26.

#### II.

Baptismus Sacramentum *Initiationis* : Cœna verò *Confir-  
mationis* usitatè nuncupatur

#### III.

Illud in Ecclesia hodiè constitutâ *infantulis* maximè : Hoc  
autem *Adultis* antea Baptizatis, iisque *solis*, administrari solet  
ac debet.

#### IV.

De utroque Megalander Lutherus, in illo Ecclesiarum  
*ὀρθόδοξων* Palladio, Catechesi inquam sua, brevitatem quidem  
Laconicâ : Sed sinceritate verè Theologica tractavit.

#### V.

Et de *Baptismo* quidem in *quarta* : De *Cœna* verò in *quinta*  
*Catecheseos* parte,

A a

VI, Pro-



## VI.

Problemata ad *quartam* ejus partem pertinentia discussa ac ventilata sunt, in præcedentibus διατριβαῖς.

## VII.

Jam vertimus nos, CHRISTO duce & auspice CHRISTO, ad *quintam* & *ultimam* partem, quæ est de Cœna DOMINI, de eadem deinceps pariter quædam ad stateram Scripturæ appensuri Problemata.

Ἐπιδιωξις.

## VIII.

Quæ enim de Confessione & Absolutione præmittuntur: ea nos non tam censemus peculiarem Catecheseos Lutheranae partem συστατικὴν: quàm potius περιπαρησιαστικὰ quædam, quæ cum doctrina de Eucharistia commodè possint ac debeant conjungi.

## IX.

Proindè non ex re fore rati sumus; si peculiare Problematum systema de illis concinnaremus.

## X.

Ea tamen, quæ scitu digna, secundæ horum Problematum Decadi, παραφραδικῶς interseruimus.

## XI.

Et hæc hæc hactenus tanquam in vestibulo. Jam ipsa nostri hujus instituti penetralia ingredimur.

## XII.

Et hic in primo quasi limine occurrit Problema istud, quod est de Controversiæ Eucharisticæ majestate, & ὑπεροχῇ.

## XIII.

Negativa Sacramentarium.

In Negativam superioribus annis nonnullos è grege Dipnosophistico abiisse, testis est B. Chemnitius hunc in modum scribens:

Et hæc prophana libido comminiscendi quasvis, in testamento Filij Dei interpretationes, proposito hoc quasi privilegio impunitatis confirmatur, modo quis in alijs fidei articulis fundamentum retineat, non esse cum periculo fidei, vel discrimine salutis conjunctum, quomodo quisque verba illi Cœna tractare, interpretari & intelligere voluerit, modo senten-



do sententiam, alijs quibusdam Scripturae locis consentaneam,  
concipiat: non aliter atq; olim Pelagius disputavit, ad sum-  
mam religionis nihil referre, quomodo quisque verba illa  
Scripturae de peccato originis, Rom. 5. Ephes. 2. Psal. 51.  
intelligat & interpretetur.

Fol. 13. & 14. Fund: C. D.

XIV.

Notat, ut videtur, fanaticos illos, de quibus suo tempo-  
re Rev. Pater Lutherus, in Confessione sua Minori:

Über diese/ schweiffte umbher noch ein vbriger Heili-  
ger Geist/ (denn der Teuffel ist Heilig/ vnd ein gros-  
ser Geist) der sagt also/ Es sey hie kein Artikel des  
Glaubens. Darumb solt man nicht darumb zank-  
en/ ein jeder möcht hie glauben was er wolt. Dieser  
Heiliger Geist/ düncket mich ein Heiliger Geist sein/  
welchen der Alte Heilige Geist Stenckfelt geheckt/  
vnd außgebrütet hat.

Tom. VIII. len. f. 177.

XV.

Hodie ejusdem vanitatis ac profanitatis homines inter  
Zvvinglio-Calvinianos reperiri, nullum planè est dubium.

XVI.

In promptu sunt eorum scripta. Videantur modò pagel-  
la, quæ aliquot ab hinc annis evulgatæ à Theologis Electora-  
lis Palatinatus.

XVII.

Ibi enim inter alia isthæc expressissimè habentur:

Fol. mihi 40. 41.

Vnd bleibet also nichts mehr vbrig/ das zwischen vns  
vnd D. Luthern streittig were/ als allein der Punct vom  
Heiligen Nachtmal. Vnd ist darzu derselbige Punct  
nicht ganz streittig/ sondern nur dz geringste Stück  
darinnen ist streittig.

Et iterum pleniùs planiùsque f. 51. 52.

Gesetzt nun/ das wir mit solcher vnserer Erklärung ir-  
reten: So betrifft doch solcher Irrthumb nicht den

A 3

grund



Grund der Seligkeit: Denn die Seligkeit stehet nit in dem leiblichen essen vñ trincken des Leibs vnd Bluts Christi: Sondern die Seligkeit stehet in dem Geistlichen essen vnd trincken des Leibs vnd Bluts Christi/ wie D. Luther selbst bekennet. Drumb wenn wir gleich von dem leiblichen essen vnd trincken des Leibs vnd Bluts Christi irreten: Jedoch so stießen wir mit solchen Irrthumb den Grund der Seligkeit nicht vmb.

Vnd hat man also auch dieses Puncten halben (nemlich was das H. Nachtmal belanget) keine gnugsame vnd erhebliche Ursache/warumb man vns als Buechrisen / verdammen/ vnd mit solcher Verdammung die Hochnötige Vereinigung der Evangelischen Kirchen lenger hindern solte.

XVIII.

Quid? nondum effluxit triennium, cum Calvinista quidam Bremensis *Lampadius* scriptum edidit, sub titulo *Censura ubiquitatis*, in quo eandem Cramben hoc recoquit paragra-  
pho:

*Tantum verbalis, & facile sedatis animis componenda de Cæna DOMINI remanet controversia, fol. 28.*

XIX.

*Affirmativa Lutherana-* Nos à *Negativa* discedentes ad *Affirmativam* aperte pronunciamus, quòd controversia de Cæna DOMINI attingat non exiguum: sed eximium Fidei articulum.

XX.

*Syllogismus κατὰ τὸ ὅλον.* Utque una quasi manu, & sub uno oculorum ictu Assertionis nostræ rationes habeas singulas & universas. en tibi Syllogismum κατὰ τὸ ὅλον ad hanc faciem adornatum:

*Qua in re versatur* 1. Salus nostra, 2. autoritas institutionis 3. & denique periculum hæreseos, ea utiq; articulus fidei sit necessum est.

*Atqui talis est controversia de Cæna DOMINI, qua inter nos & Sacramentarios hodieq; agitur,*

*Ergo,*

ai. Propo-



XXI.

*Propositio certa est & firma, neque ulla indiget probatione Assumptionis. Assumptio explicanda: & probanda est distinctè ac succinctè.*

XXII.

*Explicationem suppeditat status controversiæ, qui est non de aliqua Cœnæ circumstantia: sed de ipsa ejusdem substantia, de qua cum non rectè sentiant Dipnosophistæ: sed, quantum in se, eam penitus eversam velint, negando veram & essentialem corporis & sanguinis Dominici in Cœna præsentiam: quis non videat, quòd articulo illi uno ictu & conflictu animam elidant suam.*

1. *Explicatio*

XXIII.

*Probatio ut plena sit, singula assumptionis membra numerotria, ea qua se invicem consequuntur serie, astruenda sunt.*

2. *Probatio  
singulorum 3.  
Membrorum*

XXIV.

*Ac primò quidem quòd Salus nostra in hac versetur controversiâ: Oecumenicus Gentium testatur Apostolus; dum religiòse affirmat: eos qui non dijudicent corpus DOMINI in Eucharistia, i.e. qui dubitent, an verum & essentialè CHRISTI corpus accipiant: eos sibi ipsis manducare iudicium, & æternam condemnationem.*

1.

1. *Corinth. c. II.*

XXV.

*Atqui eò tendit ex Calvinianorum parte controversia de Cœna DOMINI, ut animi dubitent, imò planè negent, quòd verum & essentialè CHRISTI corpus in Cœna verè adsit, & unà cum pane, instrumento oris corporeo, accipiatur.*

XXVI.

*Quis ergò id, cum periculo æternæ salutis, junctum non dixerit?*

XXVII.

*Præterea auctoritatè institutionis CHRISTI quod attinet: & circa hanc utique ista de Eucharistia versatur controversia.*

XXVIII.

*Nos enim eandem unicè propugnandam: Sacramentarij verò illam omnibus modis expugnandam sibi censent; sicut suo loco & tempore uberiùs & ulterius ostenderur.*

36. *Tandem*



XXIX.

Tandem ad hæreseos periculum si te veritas: in præcinctu hic astant Patres Orthodoxi, qui eos, qui veram & essentialem corporis & sanguinis CHRISTI, in Cœna παρασίαν negant, hæreticis accensere non dubitarunt.

XXX.

Audiamus modò unum atque alterum eorum testimonium,

Ignatius.

In Epistol. ad Ecclesiam Smyrnensem  
Eucharistia est caro Salvatoris nostri Iesu Christi; quæ pro peccatis Mundi passa est: Hoc, qui negant: sunt hæretici.  
Epiphanius in Ancorato.

Conclusio.

Et voluit per gratiam dicere, hoc meum est, hoc & hoc & nemo non fidem habet sermoni. Qui enim non credit esse ipsum verum, sicut dixit, is excidit à gratia & salute.

XXXI.

πίσιμα.

Jam cum in Controversia Eucharistica de ejusmodi corporis & sanguinis CHRISTI παρασία disceptetur: Vel inde etiam liquidò apparet, quòd ea non sit futilis & inutilis λογομαχία: Sed gravis & ardua μυστηριομαχία, qua non de modo rei, & circumstantia: sed de ipsa re & substantia Cœnæ, contenditur.

XXXII.

Meritò proinde idem hodie objici potest Zvvinglio-Calvinianis, quod Nazianzenus olim Arianis:

πίσιν ἀναρξόντες: ζήτησιν εισάγασιν.

In orat. contra Arian:

PROBLEMA II.

Distinctio fundamentorum.

Quodnam fundamentum, è quo de Controversia Cœnæ faciendum judicium.

XXXIII.

Duo sunt, in Controversia Cœnæ, fundamentorum genera: Vnum constitutionis atque confirmationis, alterum verò consuetudinis.





XXXIV.

Illo *orthodoxia* constituitur, quòdque *velit* CHRISTUS corpore ac sanguine suo essentialiter adesse in Cœna, *confirmatur.*

XXXV.

Hoc *Pseudodoxia*, quasi non possit corpore & sanguine suo ubique terrarum in Cœna præsto esse, *confutatur.*

XXXVI.

Hujus posterioris generis sunt, quatuor illi Religionis Christianæ articuli, quos Lutherus Sacramentarijs jam olim *opposuit in Confess. Maiore III. Tom. Ien. Germ. f. 457.*

XXXVII.

Hic verò quæstio est de prioris generis fundamento, *constitutionis inquam & Confirmationis.*

XXXVIII.

Idque Sacramentarij non in propria sed in aliena sede *quærunt, conantes nos abducere ad VI. Caput Iohannis, in quo de carne CHRISTI comedenda, & sanguine ejus bibendo prolixè & è professo differatur.*

XXXIX.

Quòd autem Caput illud de Sacramentali manducatione, quæ Sacra in Cœna fieri consuevit, exponi nequeat, pluribus posset præbari rationibus ex textu.

XL.

Inprimis autem ex eo, quod spiritualis illa manducatio, de qua *Iohan. c. 6. semper fiat ad salutem, teste vers. 54. Sacramentalis autem non semper fit ad salutem: sed interdum etiam ad iudicium, I. Cor. 11. 29.*

XLI.

Verum enim verò obvertimus hîc saltem Sacramentarijs ejusdem erroris socios, qui caput illud de manducatione Sacramentali, quæ in Cœna fit, accipi posse, ipsi eunt *inficias,*

Calvinus super c. 6. Johan.

*Perperam hic totus locus de Cœna accipitur, quæ nondum erat instituta.*

B

Per





Per Kinſius in Cathol. Reform. contr. 10.

cap. 4. p. 222.

Caput Iohannis, ſexum non debet intelligi de particulari illa manducatione & fruitione CHRISTI, qua fit etiam extra uſum Cœna.

XL I.

Lutheranorū  
doctrina.

Sed relicto V i. Iohannis capite, in quo non de Sacramentali: ſed ſpirituali carnis, & ſanguinis CHRISTI manducatione agitur: Conferimus nos, recta, quod dicitur, via ad verba institutionis à quatuor teſtibus ἀξιόπιστοις ſummâ fidelitate annotatis.

Marc. 26, 26. & ſeq: Marc: c. 14, 22. & ſeq: Luca c. 22. 19. & ſeq. Paul. I. Cor. 11. 14.

XLII.

Hæc ſunt, hæc, inquam, ſunt, fundamentum illud ἀρετῶτων, & principium πρῶτον καὶ ἀμεσον, adeoque ἀντίπιτον καὶ ἀναπόδεικτον καθ' αὐτό καὶ κατόλγ, è quo controverſia iſt. hæc Eucharistica unice dijudicanda.

XLIII.

Firmamenta  
duo.

Rationum firmamenta, quibus noſtra hæc ſententia nititur, duo ſunt potiſſimum: Internum unum: Externum alterum,

XLIV.

I.

Internum eſt, quòd verba institutionis ordinaria doctrinæ de Cœna ſedes. Hæc enim non ante vel poſt illam demum institutionem, in Eccleſiam invec̄ta eſt: Sed in & cum illa institutione.

XLV.

Jam non apud nos ſolùm: ſed apud Calvinianos etiam ὁμολογημένως receptum eſt axiωμα iſtud πολυθρύλλητον: Debere quamvis doctrinam, referri ad ſedem ſuam propriam atq; ordinariam, indeq; ejus expliationem & de eadem iudicium deſumi.

XLVI.

Quamvis Keckermannus ſophiſta magis quàm Σοφός, axiωμαtis illius in controverſia de Cœna DOMINI vim & uſum prævidens maluit illud, in recitatione canonum, de interpretatione Scripturæ, ſicco pede tranſilire: quàm propria vineta cædere?

(c) Rhet. Eccleſ. lib. I. fol. 74.

Arque



XLVII.

Atque hinc Zegedinus vi veritatis victus ingenuè:

*Petendus est sensus verborum DOMINI, ex ipsis Cœnae Dominicae vocabulis. quorum singula, singula gignunt argumenta* tab. 8. de Cœn. Dom. f. 183.

XLVIII.

Externum est autoritas Apostoli, qui acturus de Sacramento Cœnæ, auditores suos, non aliò deducit, quàm unice ad verba primæ væ institutionis.

I. Cor. c. II.

*Quid vobis dicam? Laudabo vos? In hoc non laudo. Ego ENIM accepi à DOMINO, quod tradidi vobis: Quòd DOMINVS IESVS in ea nocte &c.*

XLIX.

Rectè igitur ac jure optimo damnatur Dipnosophistarum impietas, qua fex & grex iste impurus & impudens, de *πρόγραμμα* Sacrosanctis institutionis CHRISTI verbis, minùs modestè & honestè sentire consuevit.

L.

*Victorinus Strigelius* censet: Sinistro saltem oculo intendum in verba Cœnæ: Dextro autem in naturas Christi & religionem omnium temporum, in Epistol. ad *Vilibald: Rambecum*.

LI.

*Bucerus* stomachosè appellat verbula aliquot murmurata super panem in cap. VI. *Iob. p. 147.*

LII.

*Daniel à Büren* Consul Bremensis impietatis œstro se eò abripi passus est, ut, in Colloquio Bremensi, dixerit: esse quatuor vel quinque nullius momenti verba.

LIII.

*Petrus Martyr* hoc ea Emblemate regio & egregio exornat: *Mihi semper visi estis minus, quàm par est, sapere, cum pro dogmate aequè absurdo ac inutili sic laboretis, nec pro eo tuendo quicquam habeatis, nisi Christi τὸ πρῶτον, hoc est, corpus meum.* in dial. p. 127.

B 2

54. Quis



LIV.

Quis non hic animadvertat non ovum ovo tam simile esse, quàm Sacramentarios Veteribus illis Hæreticis, de quibus *Irenæus*:

*Cum ex Scripturis arguantur, in accusationem convertuntur ipsarum Scripturarum.*

*Lib. III. c. 2.*

LV.

Sed contendunt Adversarij verba illa non posse esse fundamentum istius negotij, eò quod ipsa sint κενόμενον, de quo disceptetur.

*Beuml: in Falc. de plum. p. 63.*

LVI.

Respondemus. 1. per distinctionem inter ipsa verba & verborum sensum. De verbis enim nulla planè est disceptatio, nisi quis dubitare velit, an verba illa ab Evangelistis & Paulo descripta sint verba institutionis.

LVII.

De sensu autem illorum verborum litem moverunt (non nos: sed) Sacramentarij, quia ῥήτως ad διανοίαν suam illa per vim torquere non erubescunt.

LVIII.

2. Per instantiam. Si enim ideo verba institutionis pro fundamento hujus doctrinæ nequeunt haberi, quia à Sacramentarijs in controversiam vocantur, quis demum Scripturæ locus proferri poterit, cui ab istius modi *πρεβλότητι καὶ κυβεία* immunitas, adversus præposterum Rationis vesanæ judicium, vendicari possit.

Pro-



# PROBLEMA III.

*An Verba institutionis, κατὰ τὸ ῥητὸν sint intelligenda; & num Lutherus, in Catechesi, & alij utentes particulis in sub, cum, & τὰ ῥητὰ discedant.*

LIX.

Problema hoc proximo perquam affine & ἀνισσοφον, constat duabus partibus. De utraque modicè: sed solidè.

LX.

Prior est: *An verba institutionis κατὰ τὸ ῥητὸν sint intelligenda, id est, secundum nativam, & literalem significationem: non tropice, nec secundum talem διάνοιαν, quæ cum ipsis verbis te Problematis è diametro pugnet.*

LXI.

*Ajunt Lutherani: negant AntiLutherani Calvinistæ. Lutheranos*

LXII.

*Fundamenta quibus nituntur Lutherani hoc complectimur Syllogismo Cardinali:*

*Que verba nullibi nisi in propria sede doctrinæ de Cœna in Scriptura habentur; suntque per se satis plana, & insuper verba Testamenti ipsius Filij, qui veritas ipsa & cui nihil impossibile, quæ admirabili συνέφωσία & παναρμοσία à tribus Evangelistis & Paulo annodata, sicque à CHRISTO explicata, ut omnes rimæ tropis ac figuris obstructæ, & quæ denique à nativa sua significatione aliò detorta nullam certam gignunt significationem: ea intelligenda sunt, κατὰ τὸ ῥητὸν, id est secundum nativam & literalem significationem: non tropicè, nec secundum talem διάνοιαν, quæ cum verbis propriè intellectis è diametro pugnet.*

*Atqui ejusmodi sunt verba institutionis.*

Ergo,

B

63. Septem.





7. Syllgismo  
μέσση.

LXIII.  
Septem sunt hujus Syllogismi μέσση, è quibus constat. Videamus singula ordine,

I.

LXIV.  
1. Verba institutionis nullibi habentur, nisi in propria sede. Omnis autem doctrina in sede propria traditur verbis perspicuis, & non nisi literali sensu intelligendis. Quæ etiam causa est, quòd à locis Scripturæ obscuris eò unicè provocatur.

2.

LXV.  
2. Verba institutionis sunt per se satis plana, neque, ut figuratè ea intelligamus, ulla nos cogit necessitas.

LXVI.

Per τὸ ΗΟC enim quid intelligendum ultro pater: Id nimirum, quod CHRISTUS manu sua gerebat & discipulis porrigebat; quod certè non nudus panis (non enim dicitur ἄρτος: sed τὸ ἄρτος): sed panis simul & corpus CHRISTI.

LXVII.

Utrumque uno complexu τῶ δεικτικῶ τὸ ΗΟC exprimitur; quæ formula loquendi de ijs, quæ conjuncta invicem simul exhibentur, vulgò nota, & in omnibus linguis usitatissima, sicut docent exempla à Luthero allegata.

Tom. III. ten. fol. 487. in confess. Majori.

LXVIII.

Verbum ἁρκτηκὸν EST accipiendum est, ut sonat non σηματικῶς, uti Calviniani contendunt: Sed, ut sonat simpliciter, ἁρκτηκῶς.

LXIX.

Id enim quod CHRISTUS discipulis porrigebat, & termino τὸ ἄρτος efferebat, omninò corpus ipsius, EXISTEBAT cum pane Sacramentaliter vel μυστικῶς unitum.

LXX.

Per τὸ corpus denique quid intelligendum aliud, quàm quod vocis sonus arguit, naturale videlicet & essentielle corpus CHRISTI; Nisi quis Marcionitarum legens vestigia, veritatem corporis CHRISTI negare voluerit.

71. 3, Verba



## LXXI.

3. Verba institutionis sunt verba Testamenti, quæ absque ulla  
ἐπιδιατάξει simpliciter accipienda, sub pœna jacturæ hæredi-  
tatis Gal. c. 3. 15.

## LXXII.

Excipiunt Adversarij: 1. Cœnam DOMINI non esse  
Testamentum. Resp. Diversum verba CHRISTI, quibus  
Testamentum dicitur, & requisita Testamenti, quæ, in Cœna  
DOMINI, concurrunt, docent,

## LXXIII.

Objiciunt Testamentum Patriarchæ Jacobi, Genes. 49.  
quod pluribus tropis figuratum. Sed illud non propriè Testa-  
mentum; sed vaticinium.

## LXXIV.

IV. Testamentum illud non Hominis est: sed ipsius FILII DEI,  
cui, quia Verax & omnipotens, fidem debemus & obedientiam,  
sine omni exceptione, nisi velimus, cum æterno nostro malo,  
horrendum illud experiri Joh. c. 12-

Qui rejicit me, nec accipit verba mea, habet, qui judicet i-  
psum. Sermo quæ in loquutus sum, ille judicabit eum in ex-  
tremo die.

## LXXV.

5. Verba institutionis admirabili συμφωνία & παναρμονία  
& tribus Evangelistis & Paulo sunt annotata: id quod copiosè pariter  
et nervosè demonstrat B Chemnitius cap. VIII.

In tractat: de Fund: sana doctr: de C. D.

## LXXVI.

Sed obstrepunt: discrepare Lucam & Paulum in recitati-  
one verborum Cœnæ, à Matthæo & Marco.

## LXXVII.

Respondemus per concessionem: Esse quidem aliquam  
inter ipsos discrepantiam, sed tantum in verbis: non autem  
in rebus; adeoque nullam inesse contradictionem: sed meram  
ἐνδιά-



ἐν ἁλλὰ ξὺν & ἀντιπροφῆν, quæ usque adeo nihil derogat veritati præsentia sanguinis CHRISTI, ut eandem etiam multo potentiùs & evidentiùs confirmet,

LXXVIII.

6. Verba Cœnæ sic explicata sunt ab ipsis etiam Evangelistis & Apostolo, ut omnes rimæ tropis ac figuris obstructæ, quibus scilicet substantialia Cœnæ mutentur, quorum duo: panis & vinum terrestria: itemque corpus & sanguis CHRISTI cœlestia.

LXXIX.

Panis aut vini termino non invehendum esse tropum præcavit Matthæus, interpretando calicem vinum.

LXXX.

Vocem corporis aduersus τροπολογίαν præmunierunt Lucas & Paulus, addito hoc προσδιορισμῶ.

Quod pro vobis datur, vel frangitur

LXXXI.

Vocem sanguinis à tropo liberârunt omnes pariter Evangelistæ, unâ cum Paulo, similiter addito hoc προσδιορισμῶ.

Qui pro vobis (multis) effunditur.

LXXXII.

7. Verba institutionis alio detorta nullam certam gignunt significationem: quemadmodum ὀφθαλμοφανῶς elucet, ex πολυμορφία interpretationum, quibus Calviniani πρῆτῶν verborum Cœnæ depravare ausi.

LXXXIII.

Nos, βραχυτητοφιλίας studio, illis hic percensendis supersedemus, præsertim cum pleræque recentioribus Tragediæ, istius choragis sordeant. (d) Lutherus earum octo enumerat. Adeo scilicet πολυχιδές τὸ ψεῦδος.

(d) Tom. IIX. Ien. fol. 176. 177.

LXXXIII.

11. Tantùm de doctrina Lutheranorum: Opinioni Calvinistarum statum κριτήριον non est aliud, quam Ratio humana, quæ tamen opinio & κριτήριον. in rebus



in rebus spiritualibus (e) *υπατα* & (f) *εχθρα εις θεον*, nisi sub-  
igatur & captivetur in obsequium CHRISTI, 2. Cor. 10, 5.

(e) 1. Cor. 2. 14. f. Rom. 8, 5.

LXXXV.

Atque hinc Mornæus ipse Sacramentariorum affecta:

*Tantum abest, ut humana Ratio fidei sit mensura, ut  
ne Natura quidem propter ignorantiam ac pravita-  
tem esse possit.*

*in pref. lib. de Verit. Relig.*

LXXXVI.

Neque est, ut distinguant: inter *Rationem Renatam* & *non-  
Renatam*. Quodcumque enim Ratio contra verbum DEI di-  
sputat: non est renata,

LXXXVII.

Nihilominus tamen adeò indulgent Rationi in *μυστηρια*  
hoc *Φεινωδεστω*, ut inde tum *Rationes* tum *Contradictiones* con-  
tra verbum DEI fingere ac gignere nulla ipsis religio, formido  
nulla.

LXXXVIII.

Inter *rationes* ex Ratione, facile palmaria est fictitia illa  
*Analogia Sacramentalis*, de qua suo tempore & loco.

LXXXIX.

*Contradictiones* sunt, quòd putant incurrere τὸ πρῶτον in  
articulos fidei, de *veritate humane nature* & *Ascensione CHRISTI*.

XC.

Sed in *neutrum* impingit: Non in *illum*, quia plures præ-  
sentia corporis CHRISTI modi, de quibus (g) *Liber Christi-  
anae Concordiae* è (h) *Luthero*.

C

(g) *Arti-*



(g) *Articulo VII.*

(h) *Tom. 3. Ien. Germ. f. 457.*

*XCI.*

Non in hunc : 1. quia CHRISTUS (i) adscendit super omnes caelos; qua phrasi non loci sublimitatem: sed potentiae majestatem notari notum; non diffidenti (k) Bucero & Marlorato in cap. 27. Matthaei.

(k) in Epist. ad Epist. Hersfordensem.

(i) Eph. 4, 10.

*XCII.*

2. Quia CHRISTUS ita adscendit ad Coelos, ut sedeat ad dexteram DEI, ut potenter regnet & dominetur omnibus creaturis, interprete *Augustana Confessione Articulo 3.*

*XCIII.*

3. Quid tandem opponit primae Coenae ante Ascensionem CHRISTI in Coelos celebratae, quae tamen ceterarum omnium, ex ipsorum etiam sententia, norma?

*XCIV.*

Atque haec sufficiant de prior parte Problematis: Posterior est: An ij, qui particulis in, cum, sub, utuntur à τῷ πρώτῳ discedant.

*XCV.*

Resp. Non discedunt: sed haec illis sunt ἐξηγητικὰ τῶν πρώτων & τῶν συνδεσμῶν vel ἐνώσεως σημαντικὰ; Sicut videre licet in (l) *Augustana Confessione*, ejusq; (l) *Apologia*, à qua nostrates harum particularum usurpatione divortium facere, criminantur.

(l) *Art. 3. l. f. 157.*

*XCVI.*

Usurpant autem illas Lutherus, ejusque Discipuli γνήσιοι, vi & vigore Christianae libertatis, imitatione (m) scripturae



pturæ in mysterio hypostat. & unionis ac (n) Patrum, al. que  
allo à τῷ ῥητῶ dilcedendi consilio, ut testentur, se tum à Pon-  
tificiorum μετρία: tum à Calvinianorum τροπολογία, seriò  
abhorre.

(m) Iob. 1. 14. Col. 2. 9. Col. 1. 19. Act. 10. 38. 2. Cor. 5. 19. 1. Tim.  
3. 16. (n) Aug. ad Neophytum.

XCVII.


Legatur Lutherus de hoc Problemate, in aureo gem-  
meoque scripto, cui ἐπιγραφή:

Das diese Wort/ das ist mein Leib/ noch fest stehen.

Tom. III. Ien. Germ. f. 336.









AB: 195067

ULB Halle

3

003 019 209



56.








75  
GEBHART WOLFFEN  
HCALEVEYANTISSON





1a



IN NOMINE SACROSANCTÆ ATQUE  
Individuæ Trinitatis.  
**PROBLEMATUM**  
**THEOLOGICORUM EX**  
**V. CATECHESIBUS LUTHE-**  
**ranæ parte, quæ est**  
**DE SACRAMENTO**  
**COENAE,**  
DECADIS PRIMÆ  
Problemata I. II, III  
*In Disputationem proposita, in Electora-*  
*li ad Albim Academia,*  
*AUTORE AC PRÆSIDE*  
**JOHANNÆ FÖRSTERO**  
SS. Th. D. & Prof. Ordinario,  
*RESPONDENTE*  
**M. DANIELE HERMANNO**  
*wratilaviensi,*  
*Ad diem 23. Novembris horis locog. consuetis*  

---

**VVITTEBERGÆ,**  
**Typis Johannis Gormanni. Anno 1611.**

